



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlæ Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romæ, 1616**

De examine eorum, qui biennio absoluto in Scholasticos approbatos  
admittuntur. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

cœnam præcedit, per semihoram orationi vacabunt: ipsam vero horam ultimam, sequentem ante cœnam, partim officijs domesticis, partim corporali exercitationi, vel alijs occupationibus, quas Magister præscripserit, impendent.

78 Post cœnam horam integram recreationi dabunt, reliquo tempore vsque ad examen (quod semper fiet antequam cubitum eant, per quartam horę partem) poterunt aliquid legere, vel alia ratione se ad orationem sequentis diei præparare, vel aliud facere, pro arbitrio Magistri Nouitiorum.

79 Nouitios inter se conuersari non conuenit: sed silentium inuicem, & cum alijs obseruare, nisi in rebus in quibus loqui necesse sit, excepto recreationis tempore, de quo iam supra dictum est.

*De examine eorum, qui biennio absoluto in Scholasticos approbatos admittuntur.*

## C A P. V.

80 **P**ostquam quis biennium Nouitiatus, peractis experimentis expleuerit, & ad interrogationes, quę sexto quoque mense fiunt responderit, antequam vota Scholasticorum emittat, interrogetur,

81 An

Recreatio  
post cœnam.  
P.4.c.4. §.3.  
& 4.

Silentium quan-  
do et quomo-  
do seruandum.  
P.3.c.3.lit.D

P.4.c.3. §.3.  
Interrogatio-  
nes post bien-  
nium.

- In Ex. c. 7. §. 3. 81. An velit se duci finire circa ea, quibus  
Circum studia. studere debet, ac studiorum modum, & tem-  
pus iuxta quod Superiori videbitur.
- De indiffe- 82. An contentus futurus sit eodem, at-  
rentia ad om- que alij, modo, in Collegio agere, nullisque  
nia. priuilegijs, aut prerogatiuis minimum om-  
In Ex. c. 7. §. 4. nium, qui in eo fuerint anteire, omnem sui  
curam Superiori relinquendo.
- In Ex. c. 7. §. 5. 83. An statuerit omnino apud se, studijs  
Circum gradū, absolutis, ac probationibus peractis, Socie-  
et ingressum tatem ad viuendum in ea & moriendum, in-  
Societatis. gredi in eo gradu, quem Superior constitue-  
rit, ad maiorem Dei gloriam.
- Post vota non 84. Admoneatur, quod votis post bien-  
manet liber. nium ab ipso emissis non poterit sine faculta-  
te Generalis à Societate nostra recedere, nec  
ad aliam Religionem, excepta Carthusien-  
sium, transire sub pœna excommunicationis  
ipso facto incurrenda, iuxta Bullam Pii Quin-  
ti, anno M. D. LXV. expeditam.

*De examine Scholasticorum studijs  
absolutis.*

C A P. VI.

- In Ex. c. 7. §. 7. 85. **S**cholastici studijs suis absolutis, statim  
An sint firmi postquam ad tertium annum Proba-  
in suis votis tionis peragendum missi fuerint, generatim  
et delibera- interrogandi sunt, an firmi in sua delibera-  
tione. ne,